Galat. 4. 9 Nunc autem cum... **cogniti sitis** a Deo
Num. 13. 28 Ut ex his fructibus **cognosci** potest
Rom. 16. 26 *(Mysterii)* in cunctis gentibus **cogniti**
Psal. 31. 5 Delictum meum **cognitum** tibi feci
2 Mac. 12. 21 **Cognito** autem Judæ adventu
2 Mac. 3. 28 Manifesta Dei **cognita** virtute
11. 26 Ut — nostra voluntate, bono animo sint
Matth. 22. 18 — autem Jesus nequitia eorum
Marc. 2. 8 Quo statim **cognito** Jesus spiritu suo
8. 17 Quo —, ait illis Jesus: Quid cogitatis
Act. 23. 27 Eripui, — quia Romanus est
2 Cor. 6. 8 Et veraces, sicut qui ignoti, et **cogniti**
2 Mac. 13. 10 Quibus Judas **cognitis**, præcepit populo
14. 9 Sed oro his singulis, o rex, —
22. 28 Quibus — Nicanor consternabatur
Philip. 2. 19 — quæ circa vos sunt

COGNOSCO — ERE. *(Pro copula carnis).*

Luc. 1. 34 Quomodo fiet istud, quoniam virum non **cognosco?**
Matth. 1. 25 Non **cognoscebat** eam donec peperit filium
Gen. 4. 1 Adam vero **cognovit** uxorem suam Evam
17 — autem Cain uxorem suam
25 — quoque adhuc Adam uxorem suam
38. 26 Attamen ultra non — eam
1 Reg. 1. 19 — autem Elcana Annam uxorem suam
3 Reg. 1. 4 Rex vero non — eam
Gen. 19. 8 Habeo duas filias, quæ necdum **cognoverunt** virum
Judic. 21. 11 Et mulieres, quæ — viros, interficite
Num. 31. 35 Animæ... quæ non **cognoverant viros**
Gen. 19. 5 Educ illos huc ut **cognoscamus** eos
Judith. 16. 26 Ita ut non **cognosceret** virum

COGO — ERE.

Judic. 13. 16 Si me **cogis**, non comedam panes tuos
Galat. 2. 14 Quomodo gentes — judaizare?
Isai. 59. 19 Quasi fluvius... quem spiritus Dom. **cogit**
Galat. 6. 12 Hi **cogunt** vos circumcidi
1 Mac. 2. 25 Qui **cogebat** immolare, occidit
Gen. 19. 15 Cumque esset mane, **cogebant** eum angeli
2 Reg. 13. 27 **Coëgit** itaque Absalom eum, et dimisit
4 Reg. 5. 23 Et — eum, ligavitque duo talenta
Marc. 6. 45 Et statim — discipulos suos ascendere navim
Act. 16. 15 Introite... et manete: et — nos
2 Cor. 12. 11 Factus sum insipiens, vos me **coëgistis**
1 Reg. 28. 23 **Coëgerunt** autem eum servi sui et mulier
4 Reg. 2. 17 —que cum, donec acquiesceret
Luc. 24. 29 Et — illum dicentes: Mane
Isai. 16. 3 Ini consilium, **coge** concilium
2 Par. 24. 6 **Ut coageres** Levitas inferre de... Juda... pecuniam
2 Reg. 13. 25 Cum autem **cogeret** eum, et noluisset ire
Esther. 1. 8 Nec erat qui nolentes — ad bibendum
1 Mac. 1. 53 Et præposuit principes... qui hæc fieri **cogerent**
2. 15 Ut — eos, qui confugerant in civitatem
Job. 39. 16 Frustra laboravit, nullo timore **cogente**
2 Reg. 12. 17 **Cogentes** eum ut surgeret de terra
Exod. 12. 39 Neque enim poterant fermentari, **cogentibus** exire Ægyptiis
2 Mac. 6. 7 **Coegabantur** hedera coronati Libero circuire
Act. 28. 19 **Coactus sum** appellare Cæsarem
Exod. 22. 11 Et illi reddere non **cogetur**
Levit. 24. 20 Qualem inflixerit maculam, talem sustinere —
Job. 37. 21 Subito aër — in nubes
Eccli. 31. 25 Et si **coactus fueris** in edendo multum

COHABITANS — TIS.

1 Petr. 3. 7 Similiter **cohabitantes** secundum scientiam
Act. 22. 12 Testimonium habens ab omnibus **cohabitantibus** Judæis

COHÆREO — ERE.

3 Reg. 7. 32 Rotæ... **cohærebant** sibi subter basim
Exod. 26. 3 Et aliæ quinque nexu simili **cohærebunt**
Zach. 13. 7 Framea suscitare... super virum **cohærentem** mihi
Job. 41. 14 Membra carnium ejus **cohærentia** sibi
Exod. 28. 14 Duas catenulas... sibi invicem **cohærentes**
22 Facies... catenas sibi invicem —
39. 15 Fecerunt... et catenulas sibi invicem —

COHÆRES — DIS.

Eccli. 22. 29 Ut et in hæreditate illius **cohæres** sis
Rom. 8. 17 Hæredes quidem Dei, **cohæredes** autem Christi
1 Petr. 3. 7 Tamquam et **cohæredibus** gratiæ vitæ
Ephes. 3. 6 Gentes esse **cohæredes** et concorporales
Hebr. 11. 9 Habitando cum Isaac et Jacob **cohæredibus**

COHIBEO — ERE.

Job. 29. 10 Vocem suam **cohibebant** duces
Num. 17. 5 Et **cohibebo** a me querimonias filiorum Israël
Gen. 45. 1 Non se poterat ultra **cohibere** Joseph
Prov. 25. 28 Qui non potest in loquendo — spiritum s.
2 Reg. 24. 25 Et **cohibita est** plaga ab Israël

COHORS — TIS.

2 Mac. 12. 22 Cumque **cohors** Judæ prima apparuisset
Joan. 18. 12 — ergo, et tribunus... comprehenderunt Jesum
Act. 10. 1 Centurio **cohortis** quæ dicitur Italica
21. 31 Nuntiatum est tribuno —
27. 1 Centurioni, nomine Julio, — Augustæ
Matth. 27. 27 Congregaverunt ad eum univ... **cohortem**
Marc. 15. 16 Et convocant totam —
Joan. 18. 3 Judas ergo cum accepisset —
2 Mac. 5. 2 Et hastis, quasi **cohortes**, armatos
12. 20 Ordinatis... sex millibus et constitutis per —

COHORTANS — TIS.

Josue. 8. 16 Et se mutuo **cohortantes**, persecuti sunt eos

COINQUINATIO — NIS.

2 Mac. 5. 27 Ne participes essent **coinquinationis**
1 Esdr. 6. 21 Qui se separaver. a **coinquinatione** gentium
9. 11 Ab ore usque ad os in — sua
Judith. 9. 2 Violatores extiterunt in — sua
2 Petr. 2. 13 **Coinquinationes**, et maculæ deliciis affluentes

2 Petr. 2. 20 Si enim refugientes **coinquinationes**

COINQUINO — ARE.

Matth. 15. 11 Non quod intrat in os, **coinquinat** hominem, sed quod procedit ex ore, hoc —
20 Non lotis autem manibus **manducare**, non — hominem
Matth. 15. 18 Et ea **coinquinant** hominem
20 Hæc sunt, quæ — hominem
1 Mac. 1. 45 Et multi ex Israël... **coinquinaverunt** sabbatum
2. 12 Ecce sancta nostra, et..., et — ea gentes
Apoc. 3. 4 Qui non — vestimenta sua
Eccli. 21. 31 Susurro **coinquinabit** animam suam
Marc. 7. 15 Nihil est... quod possit eum **coinquinare**
Ezech. 22. 26 Et **coinquinabar** in medio eorum
Baruc. 3. 11 **Coinquinatus es** cum mortuis
2 Mac. 14. 3 Sed voluntarie **coinquinatus est**
Apoc. 14. 4 Qui cum mulieribus non **sunt coinquinati**
Eccli. 22. 15 Et non **coinquinaberis** peccato illius
Judith. 13. 20 Non permisit me Dominus ancillam suam **coinquinari**
1 Mac. 1. 49 Et jussit — sancta
51 Et — animas eorum in omnibus imm...
65 Elegerunt magis mori, quam cibis —
Apoc. 21. 27 Non intrabit in eam aliquid **coinquinatum**
Eccli. 51. 7 Et a lingua **coinquinata**, et a verbo mendacii
Tit. 1. 15 **Coinquinatis** et infidel. nihil est mundum

COITUS — US.

Levit. 18. 17 Et talis **coitus** incestus est
Gen. 30. 39 Factumque est ut in ipso calore **coitus**
Levit. 15. 16 Vir de quo egreditur semen —
22. 4 Ex quo egreditur semen quasi —
Gen. 38. 18 Ad unum igitur **coitum** mulier concepit
Levit. 15. 32 Ista est lex ejus... qui polluitur **coitu**
18. 22 Non commiscearis — fœmineo
19. 20 Homo si dormierit cum muliere — seminis
20. 13 Qui dormierit cum masculo — fœmineo
Num. 31. 17 Mulieres quæ noverunt viros in —

COLAIA — Æ.

2 Esdr. 11. 7 Filius **Colaia**, filius Masia

COLAPHUS — I.

Matth. 26. 67 Tunc expuerunt... et **colaphis** eum cæciderunt
Marc. 14. 65 Cœperunt quidam... et — eum cædere
1 Cor. 4. 11 Et — cædimur, et instabiles sumus

COLAPHIZO — ARE.

2 Cor. 12. 7 Datus est mihi... angelus Satanæ qui me **colaphizet**
1 Petr. 2. 20 Si peccantes et **colaphizati** suffertis

COLIAS — Æ.

Jerem. 29. 21 Hæc dicit Dominus exercituum... ad Achab filium **Coliæ**

COLLABOR — BI.

1 Reg. 21. 13 Et **collabebatur** inter manus eorum
Daniel. 8. 18 **Collapsus sum** pronus in terram

COLLABORO — ARE.

2 Tim. 1. 8 Sed **collabora** Evangelio secundum virtutem Dei
Philip. 1. 27 Unanimes **collaborantes** fidei Evangelii

COLLACTANEUS — I.

2 Mac. 9. 29 Transferebat autem corpus Philippus **collactaneus** ejus
Act. 13. 1 Qui erat Herodis tetrarchæ —

COLLATIO — NIS.

Rom. 15. 26 **Collationem** aliquam facere in pauperes
2 Mac. 12. 43 Et facta **collatione**, duodecim millia drachmas...

COLLAUDATIO — NIS.

Psal. 32. 1 Rectos decet **collaudatio**

COLLAUDO — ARE.

Eccli. 51. 1 Et **collaudabo** te Deum salvatorem meum
15 Et — illud in confessione
Eccli. 39. 12 **Collaudabunt** multi sapientiam ejus
Eccli. 39. 19 Et **collaudate** canticum, et benedicite
41 Et nunc in omni corde et ore —
Eccli. 17. 8 Ut nomen sanctificationis **collaudent**
1 Mac. 4. 33 Et — te omnes qui noverunt
Act. 2. 47 **Collaudantes** Deum, et habentes gratiam
Eccli. 38. 3 Et in conspectu magnatorum **collaudabitur**

COLLECTA — Æ.

Deut. 16. 8 Quia **collecta** est Domini Dei tui
Levit. 23. 36 Est enim cœtus atque **collectæ**
2 Par. 7. 9 Fecitque die octavo **collectam**
2 Esdr. 8. 18 Fecerunt... et in die octava — juxta ritum
1 Cor. 16. 2 Ut non, cum venero, tunc **collectæ** fiant
1 Cor. 16. 1 De **collectis** autem, quæ fiunt in sanctos

COLLECTIO — NIS.

Isai. 32. 10 **Collectio** ultra non veniet
Eccli. 26. 6 Delaturam civitatis et **collectionem** populi
Hebr. 10. 25 Non deserentes — nostram
Judith. 7. 11 Defecerunt cisternæ, et **collectiones** aquarum

COLLEGA — Æ.

Daniel. 4. 5 Donec **collega** ingressus est in conspectu meo
Jonæ. 1. 7 Et dixit vir ad **collegam** suum
Job. 16. 22 Quomodo judicatur filius hominis cum **collega** suo

COLLIDO — ERE.

Jerem. 51. 20 **Collidis** tu mihi vasa belli, et ego coll...
Psal. 88. 43 Et sedem ejus in terram **collisisti**
Jerem. 51. 20 Et ego **collidam** in te gentes
21 — in te equum, et equitem ejus: et —
in te currum et ascensorem ejus
22 Et — in te virum et mulierem: et — in te
senem et puerum: — in te juvenem,
et virginem
23 Et — in te pastorem et gregem ejus: et
— in te agricolam et jugales ejus: et
— in te duces et magistratus
Jerem. 48. 12 Et lagunculas eorum **collident**
Eccli. 13. 3 Quando enim se **colliserint**, confringetur
Gen. 25. 22 **Collidebantur** in utero ejus parvuli
Daniel. 5. 6 Genua ejus ad se invicem —
Judic. 5. 11 Ubi **collisi sunt** currus
Nahum. 2. 4 Quadrigæ **collisæ sunt** in plateis
Psal. 36. 24 Cum ceciderit non **collidetur**

COLLIGATIO — NIS.

Jerem. 48. 37 Erit in cunctis manibus **colligatio**
Isai. 58. 6 Dissolve **colligationes** impietatis

COLLIGO — ARE.

Judith. 16. 10 Et **colligavit** cincinnos suos mitra
Prov. 30. 4 Quis — aquas quasi in vestimento?
Eccli. 30. 7 Pro animabus filiorum **colligabit** vulnera
Eccli. 27. 23 Ultra eum non poteris **colligare**
Prov. 22. 15 Stultitia **colligata est** in corde pueri
Osee. 13. 12 — iniquitas Ephraim
Sap. 17. 17 Una enim catena tenebrarum omnes **erant colligati**
Eccli. 22. 19 Loramentum ligneum **colligatum** in fundamentum ædificii non dissolvetur
Isai. 25. 7 Et... vinculi **colligati** super omnes populos
Daniel. 3. 23 In medio camino ignis ardentis —

COLLIGO — ERE.

3 Reg. 17. 12 En **colligo** duo ligna, ut ingrediar...
Psal. 128. 6 Et sinum suum, qui manipulos **colligit**
Eccli. 21. 9 Quasi qui — lapides suos in hyeme
33. 16 Et quasi qui — acinos post vindemiatores
Mich. 7. 1 Factus sum sicut qui — in autumno
Luc. 11. 23 Et qui non — mecum, dispergit
Matth. 13. 28 Vis, imus et **colligimus** ea?
Jerem. 7. 18 Filii **colligunt** ligna et patres succendunt
Matth. 7. 16 Numquid — de spinis uvas
Luc. 6. 44 Neque enim de spinis — ficus
Ruth. 2. 3 Abiit itaque, et **colligebat** spicas
Exod. 16. 21 **Colligebant** autem mane singuli quantum sufficere poterat ad vescendum
Judic. 1. 7 — sub mensa mea ciborum reliquias
Ruth. 2. 19 Ubi hodie **collegisti**, et ubi fecisti opus?
Eccli. 47. 20 — quasi aurichalcum aurum
Gen. 49. 32 **Collegit** pedes suos super lectulum
Ruth. 2. 17 — ergo in agro usque ad vesperam
1 Reg. 20. 38 — autem puer Jonathæ sagittas
4 Reg. 4. 39 Et — ex ea colocynthidas agri
Job. 16. 10 — furorem meum in me
Matth. 25. 38 Te vidimus hospitem, et **collegimus** te
Matth. 25. 35 Hospes eram, et **collegistis** me
43 Hospes eram, et non — me
Exod. 16. 17 Et **collegerunt**, alius plus, alius minus
22 In die autem sexta — cibos duplices
4 Reg. 22. 4 Ut conflatur pecunia... quam — janitores templi a populo
Jerem. 40. 12 Et — vinum et messem multam
Baruc. 1. 6 Et — pecuniam secundum quod potuit uniuscujusque manus
1 Mac. 2. 44 Et — exercitum, et percusserunt
Joan. 6. 13 — ergo, et impleverunt duodecim cophinos
11. 47 — ergo pontifices et Pharisæi
Act. 23. 12 Facta autem die — se
Exod. 16. 18 Nec qui plus **collegerat**, habuit amplius
Ruth. 2. 17 Et quæ — virga cædens et excutiens
Ruth. 2. 2 Et **colligam** spicas, quæ fugerint manus
4 Reg. 22. 20 Idcirco — te ad patres tuos, et...
2 Par. 34. 28 Jam enim — te ad patres tuos
Mich. 4. 6 Et eam, quam ejeceram, —
Levit. 19. 9 Nec remanentes spicas **colliges**
25. 3 Putabis vineam tuam, —que fructus ejus
5 Uvas primitiarum tuarum non —
Deut. 24. 21 Non — remanentes racemos
28. 39 Nec — ex eo quidpiam
Num. 19. 9 **Colliget** autem vir mundus cineres vaccæ
Isai. 11. 12 Et dispersos Juda — a quatuor plagis
58. 8 Et gloria Domini — te
Levit. 23. 22 Nec remanentes spicas **colligetis**
25. 11 Primitias vindemiæ non —
Psal. 103. 28 Dante te illis, **colligent**
Jerem. 6. 9 Usque ad racemum — quasi in vinea
Matth. 13. 41 Et — de regno ejus omnia scandala
Joan. 15. 6 Et — cum, et in ignem mittent
Deut. 16. 13 Quando **collegeris** de area... fruges tuas
24. 20 Si fruges — olivarum, quidquid...
Levit. 25. 20 Neque **collegerimus** fruges nostras?
Exod. 5. 11 Ite et **colligite** sicubi invenire poteritis
16. 26 Sex diebus —: in die autem septimo...
2 Par. 24. 5 Et — de universo Israël pecuniam
Jerem. 40. 10 Vos autem — vindemiam et messem
Matt. 13. 30 — primum zizania, et alligate ea
Joan. 6. 12 — quæ superaverunt fragmenta
Soph. 3. 8 Ut congregem gentes, et **colligam** regna
Deut. 24. 20 Quidquid remanserit in arboribus, non revertetis ut **colligas**
Exod. 16. 4 Egrediatur populus, et **colligat** quæ sufficiunt
16 — unusquisque ex eo quantum sufficit
Ruth. 2. 16 Permittite ut absque rubore —, et...
Cant. 6. 1 Ut pascatur in hortis et lilia —

Jerem. 9. 22 Post tergum metentis et non est qui *colligat*
Deut. 11. 14 Ut **colligatis** frumentum et vinum
Exod. 5. 7 Sed ipsi vadant et **colligant** stipulas
Ruth. 2. 7 Ut spicas **colligeret** remanentes
15 Inde surrexit, ut spicas ex more —
4 Reg. 4. 39 Ut — herbas agrestes
Exod. 16. 27 Et egressi de populo ut **colligerent**, non...
4 Reg. 16. 8 Et cum **collegisset** argentum et aurum
2 Mac. 8. 31 Et cum arma eorum diligenter **collegissent**
Exod. 16. 5 Et sit duplum quam **colligere** solebant
2 Mac. 2. 31 Etenim intellectum — et ordinare
Eccles. 3. 5 Tempus spargendi lapides et tempus **colligendi**
Ruth. 2. 8 Ne vadas in alterum agrum ad **colligendum**
Exod. 5. 12 Dispersusque est... ad **colligendas** paleas
Num. 11. 8 Populus, et **colligens** illud frangebat mola
3 Reg. 17. 10 Apparuit ei mulier vidua **colligens** ligna
Num. 15. 32 Et invenissent hominem **colligentem** ligna
Ruth. 2. 16 Permittite... et **colligentem** nemo corripiat
2 Reg. 21. 13 Et **colligentes** ossa eorum qui affixi fuerant
Matth. 13. 29 Ne forte — zizania, eradicetis simul cum eis et triticum
Prov. 13. 11 Quæ autem paulatim **colligitur** manu
Isai. 33. 4 Et... spolia vestra sicut — bruchus
Isai. 10. 14 Et sicut **colliguntur** ova, quæ derelicta sunt
57. 1 Et viri misericordiæ —
Matth. 13. 40 Sicut ergo — zizania
1 Esdr. 10. 1 **Collectus est** ad eum de Israël cœtus
Isai. 57. 1 A facie enim malitiæ — justus
Act. 21. 18 Omnesque **collecti sunt** seniores
Isai. 43. 9 Et **collectæ sunt** tribus
Judith. 15. 13 Vix **collecta sunt** spolia Assyriorum
Prov. 27. 25 Et — fœna de montibus
Num. 31. 2 Et sic **colligeris** ad populum tuum
4 Reg. 22. 20 Et — ad sepulchrum tuum in pace
Ezech. 29. 5 Non —, neque congregaberis
Num. 20. 26 Aaron **colligetur**, et morietur ibi
Jerem. 8. 2 Non **colligentur**, et non sepelientur
25. 33 Et non —, neque sepelientur
Zach. 12. 3 Et — adversus eam omnia regna
Eccli. 4. 36 Non **sit**... manus et ad dandum **collecta**
Eccli. 21. 10 Stupa **collecta** synagóga peccantium
2 Mac. 12. 38 Judas autem **collecto** exercitu venit
Baruc. 4. 37 Venient **collecti** ab oriente usque ad occid.
Act. 15. 25 Placuit nobis **collectis** in unum eligere
Baruc. 5. 5 Et vide **collectos** filios tuos ab oriente

COLLIS — IS.

Isai. 40. 4 Et omnis mons, et **collis** humiliabitur
Luc. 3. 5 Et omnis mons, et — humiliabitur
Exod. 17. 9 Cras ergo stabo in vertice **collis**
10 Et Hur ascenderunt super verticem —
Judic. 7. 1 Ad septentrionalem plagam — excelsi
Jerem. 49. 16 Et apprehendere niteris altitudinem —
Ezech. 34. 26 Et ponam eos in circuitu — mei
1 Reg. 10. 5 Post hæc venies in **collem** Dei
10 Veneruntque ad prædictum —
2 Reg. 2. 24 Et venerunt usque ad — aquæductus
3 Reg. 14. 23 Super omnem — excelsum
1 Par. 13. 6 Ascendit David... ad — Cariathiarim
Cant. 4. 6 Vadam ad mont. myrrhæ et ad — thuris
Isai. 10. 32 Super montem filiæ Sion, — Jerusalem
30. 17 Donec relinquamini.... et quasi signum super —
25 Et super omnem — elevatum rivi...
31. 4 Super montem Sion, et super — ejus
Jerem. 31. 39 In conspectu ejus super — Gareth
50. 6 De monte in — transierunt
Ezech. 20. 28 Viderunt omnem — excelsum
Josue. 5. 3 Et circumcidit filios Israël in **colle** præputiorum
1 Reg. 13. 15 Venientes de Galgala in Gabaa, in — Benjamin
23. 19 In — Hachila, quæ est ad dexteram deserti
26. 1 Ecce David absconditus est in — Hachila
4 Reg. 17. 10 Feceruntque... lucos in omni — sublimi
Jerem. 2. 20 In omni enim — sublimi
16. 16 Et venabuntur eos... de omni —
Ezech. 6. 13 In omni — excelso, et in cunctis summitatibus
34. 6 Erraverunt greges... in universo — excelso
Zach. 14. 10 De — Remmon ad austrum Jerusalem
Judith. 3. 3 Omnes montes, et **colles**, et campi
Psal. 64. 13 Et exultatione — accingentur
71. 3 Suscipiant montes... et — justitiam
113. 4 Exultaverunt... et — sicut agni ovium
Eccli. 16. 19 Montes simul, et —, et fundamenta terræ
Isai. 54. 10 Commovebuntur, et *colles* contremiscent
55. 12 Montes et — cantabunt coram vobis
Jerem. 3. 23 Mendaces erant —, et multitudo montium
4. 24 Et omnes — conturbati sunt
Joël. 3. 18 Stillabunt montes... et — fluent lacte
Amos. 9. 13 Et omnes — culti erunt
Mich. 6. 1 Et audiant — vocem tuam
Nahum. 1. 5 Et — desolati sunt, et contremuit terra
Habac. 3. 6 Incurvati sunt — mundi
Psal. 113. 6 Exultastis... et **colles** sicut agni ovium?
148. 9 Montes et omnes —, ligna fructifera
Daniel. 3. 75 Benedicite, montes et —, Domino
Gen. 49. 26 Donec veniret desiderium **collium** æternorum
Deut. 33. 15 De pomis — æternorum
4 Reg. 19. 25 Eruntque in ruinam — pugnantium
Judith. 15. 2 Fugientes per vias camp. et semitas —
Isai. 37. 26 Et factum est in eradicationem —
Ezech. 6. 3 Hæc dicit Dom. Deus montibus et **collibus**
36. 4 Hæc dicit Dominus Deus montibus et —
6 Et dices montibus et —
Osee. 10. 8 Dicent... et —: Cadite super nos
Luc. 23. 30 Incipient dicere... —: Operite nos
Deut. 12. 2 Super montes excelsos et **colles**
Judith. 7. 8 Et muniunt illos — in præcipitio
Job. 15. 7 Numquid... es et ante — formatus?
Prov. 8. 25 Ante — ergo parturiebar
Cant. 2. 8 Ecce iste venit... transiliens —
Isai. 2. 2 Et elevabitur super —
14 Et super omnes — elevatos
40. 12 Libravit in pondere montes, et — in statera?
41. 15 Et — quasi pulverem pones
42. 15 Desertos faciam montes, et —
65. 7 Et super — exprobraverunt mihi
Jerem. 13. 27 Super — in agro vidi abominationes
Ezech. 32. 5 Et implebo — tuos sanie tua
Osee. 4. 13 Et super — accendebant thymiama
Mich. 4. 1 Erit mons... et sublimis super —
Num. 23. 9 Et de **collibus** considerabo illum
Josue. 11. 13 Quæ erant in — et in tumulis sitæ
4 Reg. 16. 4 Adolebat incensum in excelsis et in —
2 Par. 28. 4 Et thymiama succendebat in excelsis et in —
Psal. 77. 58 In iram concitaverunt eum in — suis
Isai. 41. 18 Aperiam in supinis — flumina
Ezech. 35. 8 In — tuis et in vallibus tuis... cadent
Soph. 1. 10 Et erit in die illa... contritio magna a —

COLLISIO — NIS.

1 Mac. 6. 41 Et incessu turbæ, et **collisione** armorum
2 Mac. 9. 7 Et gravi corporis — membra vexari

COLLOCO — ARE.

Job. 36. 7 Et reges in solio **collocat** in perpetuum
Prov. 30. 26 Qui — in petra cubile suum
Gen. 3. 24 Et **collocavit** ante paradisum voluptatis Cherubim
1 Reg. 12. 8 Et — eos in loco hoc
3 Reg. 2. 24 Et — me super solium David
3. 20 Tulit filium meum... et — in sinu suo
4 Reg. 4. 21 Et — eum super lectulum hominis
17. 24 Et — eos in civitatibus Samariæ
18. 11 —que eos in Hala et in Habor
2 Par. 26. 15 Fecit... machinas, quas in turribus —
Psal. 22. 2 In loco pascuæ ibi me —
106. 36 Et — illic esurientes
142. 4 — me in obscuris sicut mortuos sæculi
Thren. 3. 6 In tenebrosis — me quasi mortuos
1 Mac. 4. 61 Et — illic exercitum
10. 62 Et — eum rex sedere secum
13. 48 Et — in ea viros, qui legem facerent
14. 34 Et — illic Judæos?
37 Et — in ea viros Judæos ad tutament.
15. 41 — illic equites, et exercitum
2 Par. 23. 20 Et **collocaverunt** eum in solio regali
1 Esdr. 3. 3 — autem altare Dei super bases
1 Mac. 3. 57 Et — (*castra*) ad austrum Emmaum
Judic. 20. 38 His, quos in insidiis **collocaverant**
Ezech. 29. 14 Et **collocabo** eos in terra Phatures
Osee. 11. 11 Et — eos in domibus suis
Exod. 30. 8 Et quando **collocabit** eas ad vesperum
Exod. 27. 21 Et **collocabunt** eam Aaron et filii ejus
Sap. 4. 3 Nec stabile firmamentum —
Ezech. 25. 4 Et — caulas suas in te
Ezech. 26. 20 Et **collocavero** te in terra novissima
Deut. 11. 18 Et inter oculos vestros **collocate**
Psal. 112. 7 Ut **collocet** eum cum principibus

1 Par. 6. 31 Domus Domini, ex quo **collocata est** arca
Exod. 40. 15 Prima die mensis, **collocatum est** tabernaculum
Psal. 103. 22 Et in cubilibus suis **collocabuntur**

COLLOQUIUM — II.

Eccli. 9. 11 **Colloquium** e. illius quasi ignis exardescit
1 Mac. 11. 22 Sed occurreret sibi ad **colloquium** festinato
2 Mac. 14. 22 Et congruum — fecerunt
1 Cor. 15. 33 Corrumpunt mores bonos **colloquia** mala

COLLOQUOR — QUI.

Luc. 4. 36 Et **colloquebantur** ad invicem, dicentes
6. 11 Et — ad invicem, quidnam facerent Jesu
Joan. 11. 56 Et — ad invicem, in templo
Eccli. 11. 21 Sta in testamento tuo, et in illo **colloquere**
2 Mac. 11. 20 Qui a me missi sunt **colloqui** vobiscum
Gen. 50. 15 Timentes fratres ejus et mutuo **colloquentes**
Daniel. 13. 54 Dic sub qua arbore videris eos **colloquentes**

COLLUCTATIO — NIS.

Ephes. 6. 12 Non est nobis **colluctatio** adversus carn.

COLLUCTOR — ARI.

Eccli. 51. 25 **Colluctata est** anima mea in illa

COLLUM — I.

Cant. 1. 9 **Collum** tuum sicut monilia
4. 4 Sicut turris David — tuum
7. 4 — tuum sicut turris eburnea
Gen. 27. 16 Et **colli** nuda protexit
Cant. 4. 9 Vulnerasti cor meum... in uno crine — tui
Isai. 30. 28 Torrens inundans usque ad medium —
52. 2 Solve vincula — tui, captiva filia
Osee. 10. 11 Transivi super pulchritudinem — ejus
Gen. 41. 42 Et **collo** torquem auream circumposuit
Levit. 5. 8 Retorquebit caput... ita ut — hæreat
Job. 39. 19 Aut circumdabis — ejus hinnitum?
Prov. 1. 9 Ut addatur... et torques — tuo
Thren. 1. 14 Convolutæ sunt et impositæ — meo
Daniel. 5. 29 Et circumdata est torques aurea — ejus
Marc. 9. 41 Si circumdaretur mola asinaria — ejus
Gen. 33. 4 Stringensque **collum** ejus, et osculans, flevit
45. 14 Cumque amplexatus recidisset in — Benjamin..., flevit: illo quoque similiter flente super — ejus
46. 29 Videnque eum, irruit super — ejus
Levit. 1. 15 Et retorto ad — capite
Tobiæ. 7. 6 Et plorans supra — ejus
Esther. 15. 15 Tulit... virgam, et posuit super — ejus
Eccli. 6. 25 Injice... et in torques illius — tuum
33. 27 Jugum et torum curvant — durum
51. 34 Et — vestrum subjicite jugo
Isai. 8. 8 Et transiens usque ad — veniet
Jerem. 27. 8 Et quicumque non curvaverit — suum
28. 14 Jugum ferreum posui super — cunctarum gentium istarum
Ezech. 16. 11 Et dedi... torquem circa — tuum
Daniel. 5. 16 Et torquem auream circa — tuum habebis
Habac. 3. 13 Denudasti fundamentum ejus usque ad —
Luc. 15. 20 Et accurrens cecidit super — ejus
17. 2 Si lapis molaris imponatur circa — ejus
Act. 20. 37 Et procumbentes super — Pauli
Job. 15. 26 Cucurrit adversum eum erecto **collo**
41. 13 In — ejus morabitur fortitudo
Isai. 3. 16 Et ambulaverunt extento —
10. 27 Auferetur... et jugum ejus de — tuo
Jerem. 27. 2 Fac tibi... catenas, et pones eas in — tuo
28. 10 Et tulit... catenam de — Jeremiæ
11 Confringam jugum... de — omni, gentium
12 Confregit... catenam de — Jeremiæ
30. 8 Conteram jugum ejus de — tuo
Daniel. 5. 7 Et torquem auream habebit in —
Matth. 18. 6 Ut suspendatur mola asinaria in — ejus
Judic. 8. 21 Quibus **colla** regalium camelorum decorari solent
Ezech. 10. 12 Et omne corpus earum, et —, et manus
Deut. 33. 29 Et tu eorum **colla** calcabis
Josue. 10. 24 Et ponite pedes super — regum istorum. Qui cum perrexissent et subjectorum — pedibus calcarent
Judic. 5. 30 Et supellex varia ad ornanda — congeritur
2 Esdr. 3. 5 Non supposuerunt — sua in opere Dom.
Jerem. 27. 12 Subjicite — vestra sub jugo regis
Ezech. 21. 29 Ut dareris super *colla* vulneratorum
Mich. 2. 3 Unde non auferetis — vestra

COLLYRIDA — Æ.

Levit. 8. 26 Tollens... et **collyridam** conspersam oleo
2 Reg. 6. 19 Ut partitus est... singulis — panis
Levit. 7. 12 Offerent panes... et **collyridas** olei

COLLYRIUM — I.

Apoc. 3. 18 Et **collyrio** inunge oculos tuos

COLO — ARE.

Malac. 3. 3 Et purgabit filios Levi, **et colabit** eos quasi aurum

COLO — ERE, *id est, Incolere.*

Act. 13. 43 Multi Judæorum, et **colentium** advenarum
17. 4 Et de **colentibus**, gentilibusq. multitudo
17 Disputabat... cum Judæis et —

COLO — ERE, *id est, Terram fodere.*

1 Mac. 14. 8 Unusquisque **colebat** terram suam cum pace
Jerem. 27. 11 Et **colet** eam, et habitabit in ea
Hebr. 6. 7 A quibus **colitur**, accipit benedictionem
Amos. 9. 13 Et omnes colles **culti erunt**

COLO — ERE, *id est, Venerari.*

Judith. 11. 14 Ego enim ancilla tua Deum **colo**
Daniel. 14. 4 Quia non — idola manufacta
Daniel. 6. 16 Deus tuus, quem **colis** semper, ipse liberabit te
Tobiæ. 3. 21 Hoc a. pro certo habet omnis qui te **colit**
Sap. 15. 17 Melior enim est ipse his, quos —
Act. 19. 27 Quam tota Asia et orbis —
Esther. 13. 6 Et quem patris loco **colimus** monstraverit
Daniel. 3. 17 Ecce enim Deus noster quem —
18 Notum sit tibi, rex, quia deos tuos non —
Daniel. 3. 14 Deos meos non **colitis**, et statuam auream... non adoratis?
Act. 17. 23 Quod ergo ignorantes —, hoc ego annuntio vobis
Exod. 8. 26 Si mactaverimus ea, quæ **colunt** Ægyptii
Prov. 19. 6 Multi — personam sapientis
Sap. 15. 6 Et qui diligunt, et qui —
18 Sed et animalia miserrima —
Baruc. 6. 25 Confundantur etiam qui — ea
38 Qui autem — ea, confundentur
Daniel. 3. 12 Deos tuos non —, et statuam auream
33 Et opprobrium facti sumus servis tuis et his qui — te
Matth. 15. 9 Sine causa autem — me
Marc. 7. 7 In vanum autem me —
3 Reg. 11. 5 Sed **colebat** Salomon Asthartem deam
Daniel. 14. 3 Rex quoque — eum
Daniel. 14. 26 Et dixit: Ecce quem **colebatis**
Deut. 29. 17 Idola eorum... argentum, et aurum quæ **colebant**
4 Reg. 17. 32 Et nihilominus — Dominum
Sap. 11. 16 Errantes — mutos serpentes
Daniel. 14. 22 Et — eum Babylonii
4 Reg. 10. 18 Achab **coluit** Baal parum, ego...
21. 3 Et adoravit om. militiam cœli, et — eam
2 Par. 33. 3 Et adoravit om. militiam cœli, et — eam
Esther. 14. 7 **Coluimus** enim deos eorum
Judic. 10. 13 Reliquistis me, et **coluistis** deos alienos
Deut. 12. 2 Subvertite omnia loca, in quibus **coluerunt** gentes
30 Sicut — gentes istæ deos suos, ita et ego...
32. 17 Quos non — patres eorum
Judic. 10. 6 Dimiserunt Dominum et non — eum
3 Reg. 9. 9 Secuti sunt deos alienos... et — eos
4 Reg. 17. 7 — deos alienos
12 Et — immunditias
2 Par. 7. 22 Et adoraverunt eos et —
Judith. 5. 9 Unum Deum cœli —
18 Præter ipsum Deum suum, alterum —
Sap. 12. 23 Per hæc, quæ —, dedisti summa tormenta
Osee. 10. 5 Vaccas Bethaven — habitatores Samariæ
Rom. 1. 25 Et —, et servierunt creaturæ
Deut. 12. 30 Sicut... ita et ego **colam**
4 Reg. 10. 18 Ego autem — eum amplius
Exod. 20. 5 Non adorabis ea, neque **coles**
23. 24 Non adorabis deos eorum, nec — eos
Deut. 5. 9 Non adorabis ea, et non —
Daniel. 11. 38 Deum, quem ignoraverunt patres ejus, **colet**
Isai. 19. 21 Et **colent** eum in hostiis, et in muneribus

Deut. 8. 19 Sin... secutus fueris deos alienos, **coluerisque** illos
28. 14 Nec secutus fueris deos alienos, neq. — eos
3 Reg. 9. 6 Sed abieritis et **colueritis** deos alienos
Deut. 4. 19 Et errore deceptus adores ea, et **colas**
Ezech. 20. 32 Ut **colamus** ligna et lapides
4 Reg. 17. 35 Nolite timere deos alienos... neque **colatis** eos
38 Nec — deos alienos
2 Par. 29. 11 Et ministretis illi, —que eum
Jerem. 35. 15 Nolite sequi deos alienos, neque — eos
2 Mac. 1. 3 Et det vobis cor omnibus, ut — eum
Isai. 56. 6 Qui adhærent Domino, ut **colant** eum
4 Reg. 17. 28 Et docebat eos quomodo **colerent** Dom.
33 Et cum Dominum —
Judith. 8. 21 Si vere — Deum suum
Sap. 14. 17 Ut illum, qui aberat, tamquam præsentem —
Jerem. 44. 3 Ut sacrificarent et — deos alienos
Sap. 14. 15 Et illum... nunc tamquam Deum **colere** cœpit
Act. 18. 13 Hic persuadet hominibus — Deum
Exod. 18. 20 Ostendasque populo cæremonias, et ritum **colendi**
Jerem. 44. 19 Fecimus ei placentas ad **colendum** eam
Act. 16. 14 Et quædam mulier... **colens** Deum audivit
Act. 18. 7 Intravit in domum cujusdam... **colentis** Deum
Judith. 16. 31 Dies autem victoriæ... et **colitur** a Judæis
Act. 17. 25 Nec manibus humanis — indigens
2 Thess. 2. 4 Omne quod dicitur Deus, aut quod —
Sap. 14. 16 Et tyrannorum imperio **colebantur** figmenta

COLOCYNTHIS — IDIS.

4 Reg. 4. 39 Et collegit ex ea **colocynthidas** agri

COLONIA — Æ.

Act. 16. 12 Prima partis Macedoniæ civitas, **colonia**
Exod. 12. 48 Si quis... in vestram voluerit transire **coloniam**

COLONUS — I.

Gen. 21. 34 Et fuit **colonus** terræ Palæstinorum
Levit. 18. 26 Tam indigena quam — qui peregrinantur
25. 40 Sed quasi mercenarius et — erit
Isai. 52. 4 In Ægyptum descendit... ut — esset ibi
Jerem. 14. 8 Quare quasi — futurus es in terra
Exod. 12. 49 Eadem lex erit indigenæ et **colono**
Levit. 25. 23 Et vos advenæ et **coloni** mei estis
1 Par. 16. 19 Pauci numero, parvi et — ejus
Marc. 12. 7 — autem dixerunt ad invicem
Luc. 20. 14 Quem cum vidissent —
Luc. 20. 9 Plantavit vineam, et locavit eam **colonis**
Marc. 12. 9 Dominus vineæ? Veniet, et perdet **colonos**
Luc. 20. 16 Veniet et perdet — istos

COLOR — IS.

Gen. 30. 37 In hunc modum **color** effectus est varius
Levit. 13. 2 Homo, in cujus cute et carne ortus fuerit diversus —
10 Cumque — albus in cute fuerit
26 Quod si pilorum — non fuerit immutatus
42 Sin a... albus vel rufus — fuerit exortus
Prov. 23. 31 Cum splenduerit in viro — ejus
Thren. 4. 1 Mutatus est — optimus
2 Mac. 3. 16 Facies enim et — immutatus
Levit. 13. 4 Sin autem lucens candor fuerit... et pili **coloris** pristini
21 Quod si pilus — est pristini
32 Et capillus sui — est
39 Sciat non esse lepram, sed maculam — candidi
Num. 11. 7 Erat autem Man quasi semen coriandri, — bdellii
Esther. 1. 6 Tentoria aërii —, et carbasini
Ezech. 27. 28 In vino pingui, in lanis — optimi
Levit. 13. 3 Et pilos in album mutatos **colorem**
36 Capillus in flavum — sit immutatus
Sap. 13. 14 Et rubicundum faciens fuco — illius
Gen. 30. 39 Et varia, et diverso **colore** respersa
Esther. 15. 8 Ipsa autem roseo — vultum perfusa
10 Et in pallorem — mutato
Gen. 31. 10 Et vidi... varios et maculosos et diversorum **colorum**
Exod. 39. 3 Cum priorum — subtegmine
Judic. 5. 30 Vestes diversorum — Sisaræ traduntur
1 Par. 29. 2 Lapides onychinos... et diversorum —
Sap. 15. 4 Effigies sculpta per varios **colores**
Exod. 39. 5 Et balteum ex eisdem **coloribus**
Levit. 14. 56 Et in varias species, — immutatis
Job. 28. 16 Non conferetur tinctis Indiæ —
Ezech. 23. 14 Imagines Chaldæorum expressas —

COLOSSÆ — ARUM. *Urbs.*

Coloss. 1. 2 Eis qui sunt **Colossis**, sanctis et fidelibus

COLUBER — RI.

Gen. 49. 17 Fiat Dan **coluber** in via, cerastes in semita
Job. 26. 13 Eductus est — tortuosus
Prov. 23. 32 Sed in novissimo mordebit ut —
Eccles. 10. 8 Et qui dissipat sepem mordebit eum —
Amos. 5. 19 Et mordeat eum —
Prov. 30. 19 Viam **colubri** super petram
Eccli. 21. 2 Quasi a facie — fuge peccata
25. 22 Non est caput nequius super caput —
Isai. 14. 29 De radice enim — egredietur regulus
Exod. 4. 3 Projecit, et versa est in **colubrum**
7. 9 Projice eam... et vertetur in —
10 Tulitque Aaron virgam... quæ versa est in —
Sap. 16. 5 Morsibus perversorum **colubrorum** exterminabantur

COLUMBA — Æ.

Cant. 6. 8 Una est **columba** mea, perfecta mea
Isai. 38. 14 Meditabor ut —
Jerem. 48. 28 Et estote quasi — nidificans
Osee. 7. 11 Et factus est Ephraim quasi — seducta
11. 11 Et quasi — de terra Assyriorum
Luc. 3. 22 Corporali specie sicut —
Cant. 2. 10 Propera amica mea, **columba** mea
14 — mea in foraminibus petræ
5. 2 Aperi mihi... amica mea, — mea
Soph. 3. 1 Væ provocatrix et redempta civitas, —
Levit. 1. 14 Oblatio... de turturibus, aut pullis **columbæ**
12. 6 Deferet... in holocaustum et pullum —
14. 22 Duosque turtures, sive duos pullos —
30 Et turturem sive pullum — offeret
15. 14 Sumet duos turtures aut duos pullos —
Num. 6. 10 Offeret duos turtures, vel duos pullos —
Psal. 54. 6 Quis dabit mihi pennas sicut —
67. 14 Si dormiatis... pennæ — deargentatæ
Jerem. 25. 38 Quia facta est terra eorum in desolationem, a facie iræ —
46. 16 Revertamur... a facie gladii —
50. 16 A facie gladii — unusquisque ad populum suum convertetur
Gen. 8. 8 Emisit quoque **columbam** post eum
10 Rursum dimisit — ex arca
12 Et emisit —, quæ non est reversa
15. 9 Sume... turturem quoque et —
Matth. 3. 16 Et vidi Spiritum Dei descendentem sicut —
Marc. 1. 10 Et Spiritum tamquam — descendentem
Joan. 1. 32 Vidi Spiritum descendentem quasi —
Cant. 5. 12 Oculi ejus sicut **columbæ** super rivulos
Isai. 59. 11 Et quasi — meditantes gememus
60. 8 Et quasi — ad fenestras suas?
Ezech. 7. 16 Quasi — convallium omnes trepidi
Nahum. 2. 7 Minabantur gementes ut —
Matth. 10. 16 Estote ergo... simplices sicut —
Levit. 5. 7 Offerat... vel duos pullos **columbarum**
11 Quod si non quiverit... duos offerre turtures, vel duos pullos —
12. 8 Sumet duos turtures, vel duos pullos —
15. 29 Offeret... duos turtures, aut duos pullos —
4 Reg. 6. 25 Et quarta pars cabi stercoris —
Cant. 1. 14 Ecce tu pulchra es, oculi tui —
4. 1 Oculi tui —, absque eo, quod intrinsecus latet
Luc. 2. 24 Par turturum, aut duos pullos —
Matth. 121. 12 Et cathedras vendentium **columbas** evertit
Marc. 11. 15 Et cathedras vendentium — evertit
Joan. 2. 14 Vendentes boves, et oves, et —
16 Et his, qui — vendebant, dixit

COLUMNA — Æ.

Exod. 13. 22 Nunquam defuit **columna** nubis per diem, nec — ignis per noctem
14. 19 Et cum eo pariter — nubis
33. 9 Descendebat — nubis, et stabat ad ostium
10 Quod — nubis staret ad ostium tabern.
4 Reg. 25. 17 Decem et octo cubitos... habebat — una Similem et — secunda habebat ornatum

2 Esdr. 9. 19 *Columna* nubis non recessit ab eis per diem, ut duceret... et — ignis per noctem
Eccli. 36. 26 Adj. secundum illum est et — ut requies
1 Tim. 3. 15 — et firmamentum veritatis
3 Reg. 7. 20 Desuper juxta mensuram **columnæ** contra retiacula
4 Reg. 25. 17 Et malogranata super capitellum —
Exod. 14. 24 Respiciens D. per **columnam** ignis et nubis
Deut. 1. 33 Nocte ostendens vobis iter per ignem, et die per — nubis
Judic. 20. 40 Et viderent quasi — fumi
3 Reg. 7. 15 Decem et octo cubitorum altitudinis — unam: et linea duodecim cubitorum ambiebat — utramque
21 Cumque statuisset — dexteram Similiter erexit — secundam
Judith. 13. 8 Et cum hæc dixisset, accessit ad —
Sap. 18. 3 Ignis ardentem — ducem habuerunt
Jerem. 1. 18 Ego quippe dedi te... et in — ferream
Apoc. 3. 12 Faciam illum — in templo Dei
Exod. 13. 21 Dominus autem præcedebat eos... per diem in **columna** nubis, et per noctem in — ignis
Num. 12. 5 Descendit Dominus in — nubis
14. 14 Et in — nubis præcedas eos per diem, et in — ignis per noctem
Deut. 31. 15 Apparuitque Dominus ibi in — nubis
2 Esdr. 9. 12 Et in — nubis ductor eorum fuisti per diem, et in — ignis per noctem
Psal. 98. 7 In — nubis loquebatur ad eos
Eccli. 24. 7 Et thronus meus in — nubis
Jerem. 52. 21 Decem et octo cubiti... erant in — una
Exod. 27. 11 **Columnæ** viginti, et bases æneæ
12 Et — decem, basesque totidem
14 —que tres, et bases totidem
15 — tres, et bases totidem
17 Omnes —... vestitæ erunt argenteis laminis
38. 10 — æneæ viginti cum basibus suis
11 Tentoria, —, basesque, et capita...
12 — decem cum basibus suis æneæ
15 —que tres, et bases totidem
19 — autem in ingressu fuere quatuor
Num. 3. 36 Et vectes, et — ac bases earum
37 —que atrii per circuitum cum basibus s.
Job. 9. 6 Et — ejus concutiuntur
26. 11 — cœli contremiscunt
Cant. 5. 15 Crura illius — marmoreæ
Eccli. 26. 23 — aureæ super bases argenteas
Jerem. 52. 22 Similiter — secundæ, et malogranata
Ezech. 40. 49 Et — erant in frontibus
42. 6 Sicut erant — atriorum
Galat. 2. 9 Et Cephas et Joannes qui videbantur — esse
Apoc. 10. 1 Et pedes ejus tamquam — ignis
Exod. 38. 11 Tentoria,... et capita **columnarum** ejusdem mensuræ
14 E quibus, quindecim cubitos — trium
17 Bases — fuere æneæ
28 Fecit capita —
3 Reg. 7. 6 Et porticum — fecit
16 Capitella fecit, quæ ponerentur super capita —
17 Utrumque capitellum — fusile erat
19 Capitella autem quæ erant super capita —
20 Alia capitella in summitate —
22 Et super capita — opus in modum lilii posuit: perfectumque est opus —
31 In angulis autem — variæ cælaturæ erant
41 Et funiculos... super capitella — duos: et... funiculos, qui erant super capita —
42 Funiculos... qui erant super capita —
2 Par. 3. 16 Superposuit eas capitibus —
4. 13 Protegerent epistylia et capita —
Exod. 26. 32 Quod appendes ante quatuor **columnas**
37 Et quinque — deaurabis
27. 10 Et — viginti cum basibus totidem
16 — habebit quatuor cum basibus totidem
36. 36 Et quatuor — de lignis setim
38 Et — quinque cum capitibus suis
38. 17 Sed et ipsas — atrii vestivit argento
39. 32 Et obtulerunt... — ac bases
39 Tentoria atrii, et — cum basibus suis
40. 16 Erexitque Moyses illud... statuitque —
Num. 4. 31 Portabunt... — ac bases earum
32 — quoque atrii per circuitum
Judic. 16. 25 Feceruntque eum stare inter duas —
26 Dimitte me, ut tangam —
29 Et apprehendens ambas —
3 Reg. 7. 2 Et quatuor deambulacra inter *columnas* cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in —
3 Unus autem ordo habebat — quindecim
5 Æquali spatio inter —, et super — quadrangulata ligna... æqualia
6 Et —, et epistylia super —
15 Finxit duas — æreas, decem et octo...
18 Et perfecit —, et duos ordines
21 Et statuit duas — in porticu templi
41 — duas et funiculos capitellorum super...
4 Reg. 25. 13 —... æreas, quæ erant in templo
16 Id est, — duas, mare unum
1 Par. 18. 8 Fecit Salomon... et — et vasa ænea
2 Par. 3. 15 Ante fores etiam templi duas —
17 Ipsas quoque — posuit in vestibulo
4. 12 Hoc est, — duas, et epistylia
Psal. 74. 4 Ego confirmavi — ejus
Prov. 9. 1 Sapientia... excidit — septem
Cant. 3. 10 — ejus fecit argenteas
Jerem. 27. 19 Quia hæc dicit Dom... ad —, et ad mare
52. 17 — quoque æreas... confregerunt Chaldæi
20 Et — duas, et mare unum
Ezech. 42. 6 Tristega enim erant et non habebant —
1 Mac. 13. 29 Et his circumposuit — magnas, et super — arma
Exod. 35. 17 Cortinas atrii cum **columnis** et basibus
Judic. 16. 30 Concussisque fortiter —
3 Reg. 7. 3 Quæ quadraginta quinque — sustentabatur
Judith. 13. 10 Abstulit conopeum ejus a —
Esther. 1. 6 Et — marmoreis fulciebantur
Jerem. 52. 21 De — autem, decem et octo cubiti...

COMA — Æ.

Levit. 19. 27 Neque in rotundum attondebitis **comam**
Judith. 13. 9 Apprehendit — capitis ejus, et ait
Job. 14. 9 Et faciet — quasi cum primum plantatum est
Jerem. 9. 26 Et super omnes qui attonsi sunt in —
25. 23 Et universis qui attonsi sunt in —
49. 32 Dispergam eos... qui sunt attonsi in —
Ezech. 44. 20 Caput... non radent, neque — nutrient
1 Cor. 11. 14 Vir quidem si — nutriat, ignominia est illi
15 Mulier vero si — nutriat, gloria est illi
Cant. 5. 11 **Comæ** ejus sicut elatæ palmarum
7. 5 Et — capitis tui sicut purpura regis
Jerem. 51. 38 Excutient **comas** veluti catuli leonum

COMBURO — ERE.

Psal. 82. 13 Sicut ignis qui **comburit** sylvam
4 Reg. 17. 31 **Comburebant** filios suos igni Adramelech et Anamelech diis...
Deut. 9. 21 Vitulum arripiens igne **combussi**
Isai. 44. 19 Ut dicant: Medietatem ejus — igni
Jerem. 36. 29 Tu **combussisti** volumen illud, dicens
Exod. 32. 20 Arripiensque vitulum, quem fecerant, **combussit**
Levit. 9. 11 Carnes vero et pellem... — igni
Num. 26. 10 — ignis ducentos quinquaginta viros
Josue. 11. 9 Currusque — igni
3 Reg. 15. 13 Et — *(simulacrum)* in torrente Cedron
4 Reg. 23. 4 Et — ea foris Jerusalem
6 Et efferri fecit lucum... et — eum
11 Currus autem Solis — igni
15 Et excelsum destruxit atque —
16 Et tulit ossa... et — ea super altare
20 Et — ossa humana super ea
25. 9 Omnemque domum — igni
2 Par. 15. 16 Quod omne... — in torrente Cedron
34. 5 Ossa præterea sacerdotum —
Psal. 105. 19 Flamma — peccatores
Isai. 42. 25 Et — eum in circuitu
44. 16 Medium ejus — igni
47. 14 Facti sunt quasi stipula, ignis — eos
Jerem. 36. 28 Quod — Joakim rex Juda
52. 13 Et omnem domum magnam igni —
Judic. 15. 6 Et **combusserunt** tam mulierem, quam patrem
1 Reg. 31. 12 Veneruntque Jabes... et — ea ibi
4 Reg. 10. 26 Et protulerunt statuam... et —
2 Par. 16. 14 Et — super eum ambitione
36. 19 Universas turres —
1 Mac. 1. 59 Et libros legis Dei — igni
Act. 19. 19 Contulerunt libros, et —
Jerem. 36. 27 Postquam **combusserat** rex volumen
32 Quem — Joakim rex Juda igni
Ezech. 20. 47 Et **comburam** in te omne lignum viride

Exod. 29. 14 Vituli et corium et fimum **combures** foris
34 — reliquias igni: non comedentur quia...
Deut. 7. 25 Sculptilia eorum igne —
Josue. 11. 6 Et currus igne —
Ezech. 5. 2 Tertiam partem igni — in medio civitatis
4 Et projicies... et — eos igni
43. 21 Et — eum in separato loco
Levit. 4. 21 Vitulum... **comburet** sicut et priorem vitul.
13. 55 Immundum judicabit, et igne —
Num. 19. 5 —que eam cunctis videntibus
Deut. 32. 22 Et montium fundamenta —
Psal. 45. 9 Et scuta — igni
Eccli. 28. 26 Et in flamma sua non — justos
Jerem. 38. 23 Et civitatem hanc — igni
43. 12 Succendet ignem in delubris... et — ea
13 Et delubra deorum Ægypti — igni
Amos. 6. 10 Et tollet eum... et — eum
Matth. 3. 12 Paleas autem — igni inextinguibili
Luc. 3. 17 Paleas autem — igni inextinguibili
Exod. 12. 10 Si quid residuum fuerit, igne **comburetis**
Levit. 19. 6 Quidquid a. residuum fuerit... igne —
2 Par. 32. 12 Et in ipso *(altari)* — incensum?
Levit. 16. 27 Et **comburent** igni tam pelles quam carnes
Jerem. 32. 29 Et succendent eam igni, et —
34. 5 Sed in pace morieris, et... sic — te
Ezech. 16. 41 Et — domos tuas igni
39. 9 Et succendent, et — arma
Levit. 16. 28 Et quicumque **combusserit** ea, lavabit vestimenta sua
Num. 19. 8 Sed et ille qui — eam, lavabit...
Deut. 7. 5 Lucosque succidite, et sculptilia **comburite**
12. 3 Lucos igne — et idola comminuite
Jerem. 36. 25 Contradixerunt regi, ne **combureret** librum
Ezech. 15. 5 Quanto magis cum illud ignis... et **combusserit**
Matth. 13. 30 Alligate ea in fasciculos ad **comburendum**
Jerem. 19. 5 Ad **comburendos** filios suos igni
Deut. 29. 23 Sulphure, et salis ardore **comburens**
Psal. 82. 13 Et sicut flamma **comburens** montes
Psal. 104. 31 Posuit... ignem **comburentem** in terra ipsorum
Deut. 12. 31 Offerentes filios, et filias, et **comburentes** igni
Matth. 13. 40 Colliguntur zizania, et igni **comburuntur**
